



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Novæ Observationes Et Additiones Ad A. R. P. D.  
Bartholomæi Gavanti Congreg. Cleric. Regul. S. Pauli ac  
Sac. Rit. Congregat. Consultoris Commentaria In Rubricas  
Missalis Et Breviarii Romani**

Adiectis Summorum Pontificum & Sac. Rit. Congreg. Decretis usque ad  
præsens emanatis

Complectens omnia Gavanti Commentaria in Rubricas Breviarii - Cum  
Indicibus Decretorum, Rerum atque Verborum notabilium

**Merati, Gaetano Maria**

**Augustæ Vindelicorum, 1740**

**VD18 10783695-002**

De Epiphania Domini. VII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39775**

quidem Antiphonæ, & Psalmi sub Ritu Duplici usque ad Capitulum de Nativitate Domini, ut in secundis Vesperis Festi: à Capitulo vero fit de S. Silvestro cum sola Commemoratione de Octava Nativitatis, nisi id Festum veniat in Dominica; tunc enim ante Commemorationem de Octava Nativitatis fit in prædictis primis Vesperis primo Commemoratio de Dominica infra Octavam Nativitatis per Antiphonam: *Dum medium silentium &c.* Lectiones primi Nocturni erunt de Communi Conf. Pont. *Fidelis sermo.* Secundo vero de Octava Nativitatis, de aliis autem tribus Octavis in tali Ecclesia nulla

fit Commemoratio nec in Officio, nec in Missa. In secundis autem Vesperis ejusdem Festi in prædicta Ecclesia non amplius habent locum Antiphonæ: *Tecum principium &c.* utpote jam terminatae in primis Vesperis ejusdem, ut notat etiam Gavantus num. 9, consequenter in iis erunt sumenda Antiphona de Communi Confessoris Pontificis, ac Vesperæ secundæ integræ ibi dicenda de S. Silvestro, ut in secundis Vesperis de eodem Communi cum Commemoratione solius Festi Circumcisionis, ut ibi in primis Vesperis, non autem Octavarum, nec etiam Dominicæ in tali die, aut sequenti occurrentis.

## Novæ Observationes, & Additiones ad Gavanti

### Cap. VII. De Epiphania Domini.

I. Gavant. pag. 88. col. 2. num. 1. - - *Si occurrat &c. Festum Duplex &c.*) In Patriarchalibus Urbis contra Gavantum de S. Telephoro PP. licet Duplex, non fit in Vigilia Epiphaniæ, sed transferitur.

II. Gavant. pag. 90. col. 1. n. 9. - - *Fit Commemoratio tantum de die Octava &c.*) Henricus Pilart *loco supra it. cap. 3.* improbat dictam Gavanti sententiam, & sustinet, quod in dicto casu non debet omitti Commemoratio Dominicæ in II. Vesperis, cum id semper fiat in Dominicis per annum, si Festum I. vel II. Classis occurrit, & haec non est Dominica reposita, sed quasi occurrentis, seu assignata in Sabbato, & quando Epiphania cadit in Dominica ordinariæ in primis Vesperis fit à Capitulo de eadem Dominica, cuius Commemoratio in primis Vesperis Octavæ Epiphaniæ, non est omittenda, quæ pariter Commemoratio debet fieri in secundis Vespe-

rs, ut in primis, quando fuerit impedita ab Officio Patroni, seu Titularis, vel Dedicationis Ecclesie, & casus Dominicæ 3. vel 4. vel 5. vel 6. post Epiphianam, vel 23. post Pentecosten, quæ non possit celebrari in proprio die Dominicæ, est omnino diversus, ut clare apparet in Rubr. gener. IV. de Dominicæ num. 4. & 5. & ex Rubr. particul. de Dom. infra Octavam Epiphaniæ.

III. Gavant. pag. 90. col. 1. num. 10. - - *Ex Decreto Gelasii ponuntur in Dominicæ ipsa prima post Epiphianam &c.*) Asseverat hoc loco Gavantus, Lectiones Epistolæ primæ ad Corinthios ponit in Dominicæ ipsa prima post Epiphianam ex Decreto Gelasii, sed, ut alibi dixi, ex pars Decreti, in qua id statuitur, & quæ habetur in *Decr. et. d. f. 15. cap. 3.* Gelasio Summo Pontifici referri non potest, sed fuit ab aliis Pontificibus adjecta.

## Novæ Observationes, & Additiones ad Gavanti

### Cap. VIII. De Dominicis post Octavam Epiphaniæ.

I. Gavant. pag. 90. col. 2. num. 2. - - *De Dominicæ secunda post Epiphianam semper fit*

*Officium &c.*) In posterum in Dominicæ secunda post Epiphianam recitandum est Officium

